UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sponsa

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

vento multum agitatur, velociter suum iter conficit, atq; in tuturi portum se recipit: Ita homo in his mundi miseriis atq; impetuoso calamitatum omnium mari periclitans, motu & afflatu Spiritus sancti agitatur, vt recta via ingrediatur, atq; in tutum demum veræ beatitudinis portum sese recipiat. *In Memorabilibus.*

Origenis. Sicut cognationem sui ad inuicem gerunt visibilia & inuisibilia, terra & cœlum, anima & caro, corpus & spiritus, ex horũ coniunctionibus constat hic mundus: Ita etiam S. scripturam credendum est ex visibilibus & inuisibilibus constare, veluti ex corpore quodam, literæ scilicet quæ videtur, & animæ sensus, qui intra ipsam deprehenduntur. Ex spiritu secundum id, quod etiam quædam in se cœlestia teneat (vt Apostolus dicit) quia exemplari, & vmbræ cælestium deseruiunt. Quia ergo hæc ita se habeat, inuocantes Deum qui fecit Scripturæ animum & corpus & spiritum: corpus quidem his, qui ante nos fuerunt, animam nobis, spiritum autem iis, qui in futuro hæreditatem vitæ æternæ consequentur, per quam perueniat ad regna cœlestia: eam nunc, quam diximus, legis animam, requiramus. *Homil. 5 in Leuitici.*

Thriuers. Neque pictores, neq; statuarii animam infundunt, sed alius colorem appingit, alius membra affingit: Eodem discrimine distant Spiritus & litera, lex vetus & noua. Nam hæc vitam exhibet, illa vero morte redolet: scil. spiritus robur adiicit, viuificat: lex vero præterquam quod nullam gratiam affundit, etiam exorbitantem morte mulctat, *in apoph. 63.*

Pueri dum gressum tentant, primum aut ferulæ innituntur, aut manu ducuntur: Ita ante Christum Iudæi quibusdam ceremoniis quasi pædagogo ad virtutem erudiebantur: verum qui spiritum Christi acceperunt, ad virtutem vltro accenduntur nec legalibus indigent. *in apoph. 46.*

Sponsa. Sponsalia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SPonsa, Græce, νύμφη, ης, ἡ, & νυμφίος, ου, ὁ, sponsus, ac νυμφικὸς, ἡ, ὸν, sponsalis dicitur. Sunt enim sponsalia promissio futurarum nuptiarum, & fiunt absolute quadrupliciter, scilic. nuda promissione, datis arrhis sponsalitiis, annuli subarrhatione, & interueniente iuramento. Et fiunt cum conditione quadrupliciter, scilicet quia aut conditio honesta de bonis simpliciter, aut de bonis vtilibus per modum dotis, aut de bonis vtilibus per modum pœnæ, aut conditio inhonesta contraria bonis matrimonii, *secun. B. Thom. Sent. dist. 17. q. 1. art 2.*

Sposalia sunt futurarum nuptiarum promissio, *vt hab 30, qu. 5. c. Nostrates*, dicta à spondeo. Vnde sponsus quasi promissus & sponsa quasi promissa. Quare post contractum matrimonium per verba de præsenti dicuntur vxor & maritus, non sponsus nec sponsa.

Sponsa, Hebr. *Callah*, tota pulchra, sic dicta ab omnimodo ornatu in nuptiarum solemnitate: à verbo *Cala.*, consummauit ex toto, absoluit in vniuersum, perfecit ex omni parte. Proprie autem de pulchritudine & forma omnino egregia & consummata dicitur. Cognationem habet cum *Calah*, consummatus est, quod intransitiue accipitur. Hinc καλλύνω, orno ex omni parte, καλλύνομαι pulcher sum, κάλλος, pulchritudo, &c. Lat. colo, cultus, nempe corporis, &c. Verbum *Erus* vel *Arus*, Hebr. significat desponsauit sibi puellam in matrimonium, subarrhauit, vbi vir & mulier inuicem dant pignora sponsalitia. Hinc ἀῤῥαβών, arrha, & ἐνεχύρω, pignus capio. Gall. *arrhera, arrester.*

¶ BIBLICI LOCI.

Sponsaliorum & Sponsarum in patriarcharum & Israelitarum historiis frequens mentio. Sponsa filii Dei, *Psalm. 45. Vers. 11. 12. Ezech 16. 8. Ose. 2. 19 Matth. 6. 15 2. Cor. 11. 2. Ephes. 5. 32 Apoc. 19. 7 & 21. 2. 9.* Immaculata, pulchra, dilecta, sæpius compellata in Salomonis cantico. A sponso suo mundata, *Ephes. 5. 26. 27.*

Sponsus Ecclesiæ Christus, *Esa. 54. 5 & 62 4. Ierem. 31 22. Ezech. 16 8. Matth. 9. 15 & 23. 1. Mar. 2. 19 & Luc. 5. 24. Ioan. 3. 29. 1. Cor. 11. 2. Eph. 5. 24 Apoc. 19. 7 & 21. 2.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

De sponsa alteri adiudicata. DIAL. XVII.

Franc. Petrarch.

DOL.

Sponsam mihi sententia iudicialis eripuit. R. Ast aliis fraus, aliis vis aperta. D. Iudiciali sententia sponsam amisi. R. Quo ferro alii, quidam) quod fœdissimum genus) auro ipsa misere. Nihil propium est homini, hinc furta, & insidiæ, hinc preces, hinc pretia, hinc vltima rerum metus, hinc tam temporalium bonorum domina voluuntur, quod ... us, fit alterius, mox ad alios transituram, quod in ... rendum, in damnosis ac grauibus plaudendum est. Quo ... tem volui humana? homo ipse volutur, & non sui ... est, quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut ... quam in eodem statu permanet. Tu sponsam quæris ... fugiendo, & in horas decrescendo assidue te amittis. D. ... iudicio amisi. R. In campo alii tutius est iure congredi ... legibus decertare, quam gladiis, legisti apud Verg. ... Lauiniæ competitores quanta lis & quis belli finis? ... sequitur victum mors tibi sponsa perdita, salua est vita, ... priuauit sponsa. R. Adulter aut raptor forsitan te ... est sponsam amisisse quam coniugem. In illa enim ... hac res. Minor est autem speratæ quam possessæ rei ... leuior spei iactura quam rei. D. Amisi sponsam in ... misisti, sed tuam non esse didicisti. D. Amisi sponsam ... coniugem, multiplici ægritudine liberatur. At qui ... uatur, vtrumque bonum, sed secundum melius. Qui ... melius nullum pati vulnus, quam inflicto vulneris ... nisse? sed vos animorum impulsu (Satyricus ait) & ... cupidine ducti coniugium optatis, quod adeptum ... immortalibus agitetis querimoniis, & tum facti pœ... factum esse non potest quumque inefficax pœnitentia ... D. Sponsam, & spem prolis amisi. R. Noli lamenta ... pars est altera præcipitis mortalium voti. Sic enim ... ptatis, patrumque vxoris. At non semper placuit, ... dant superi. Tenes apud Apuleium Madaurensem, ... psa in manus misella illa virgunculæ vnam triuium ... riculi plurimum, loco flectit eum cui insederat ... uersum nititur, quia securum iter erat & incautum ... damna tedeatem tacitus arguit, quib. ita luctantibus ... euasisse videbantur, interueniunt, à quibus in captiu... virgo in suam pernicieem studiosa retrahitur? Haud ... diuinam prouidentiam, & humanam stultitiam de ... ius est quæstio. Illa futuri præscia eo vos agit, vbi dulcia ... omnia. Hæc obnititur cœca quidem & miseris suis ... moras sæpe quæ vitari poterant obsequendo, & credendo ... mala corripiunt. D. Succubui in iudicio, & amisi sponsam ... gnus es victus? Nam duobus de vna muliere certantibus ... rem habet, is perdidit, qui vicit is est victus, qui vincitur ... & liber.

¶ BIBLICA EXEMPLA.

Sponsam ambiendi ritus *exempla*: Seruus Abrahæ Iac. 24. v. 49. Hemor Sichem filio suo, 34. 8. Tobias Saram, 8. 13. Raguel filiam suam, *Tob* 7. 13. 14. 15 Dauid Abigail, ... 39. 40. Sponsis discedentibus bene precandi formula Pa... gnati Rebeccæ bene precantur ipsi, *Genes.* 24. 60. ... seniores ipsi Ruth. *Ruth.* 4. 11. Seruitutis propter sponsam ... Iacob pro Lia & Rachel, *Gen.* 29. 17 *&c.* Fortitudinis & ... noris, propter sponsas præstiti *exempla*: Othoniel, *Iud.* ... *Sam.* 18. v. 27.

Vide Coniugium, Nuptiæ, Matrimonium.

Spurius.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SPurius, Græce νόθος, ου, ὁ. nonnullis putatur, sed non ... co vocabulo dicitur nothus, hoc est, ex adultero natus. ... Latinum vocabulum non habet, idcoque vtimur ... incerto patre natus, quem Modestinus, Vulgo concep... ri scribit, siue qui cum, patrem habet, quem habere non ... spurios etiam versus dicimus alterius ac incerti auctoris, ... de Aristarcho:

Quinq; notas spuriis versibus appensit,

Spurius, incerto patre natus, ἀπὸ τοῦ σπαρῆναι, i. à semine ... rea quod de semine patris nulla sit certitudo: vel, ... quod è meretrice publica, aut quæ se multis clam prostituit, ... tus, Hebr. *Tame*, i. contaminatus, immundus spurcus, ... us, pollutus, à verbo. *Tamah*, vel *Tame*, Immundus tut, ... tus est. Inde Lat. Tamino, contamino. Cognationem ... *Tamam* abscondit, item cum nomen Stergithmus. ... originem suam, vt contamminatam abscondunt. ... *Mamzer*, i. natus ex aliena muliere, natus ex adultero: ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN